

Prologus

In nomine domini nostri iesu christi Amen.

Incipit plogus in summā Angelicā de casibus scientie per fratrem Angelū d. clauasio ordinis minorum vicarium generalem cis montanorum fratrum obseruantie compilata: cui permittit primo plogus. deinde subnectit tabula prelatorum in ipsa declaratiua.

Incipit Prologus.

Angelici spiritus si diuine contemplationi se intendat. ex charitate tamen qua omnes homines complectunt diuina pietate citado ad bonum: et dirigendo in viam salutis. Hoc quippe ipsa dei bonitas nobis insinuare voluit in scala Jacob ostensa. Beati. xxviii. c. i. qua angelos descendentes et ascendentes vidit. ut sic intelligerem quod quanto feruore deuotioris teneamur fratres angelos persequi. Quod ego frater Angelus de clauasio ordinis minorum minus attendens: ut nomen meum sit persequens rei sicut debet. ut in sti. de dona. §. e. et aliud. et l. decernimus. C. de epi. et de. et l. i. C. de offi. pfe. v. Et per sanctorum angelorum imitationem peruenire merear ad eorum contemplationem animarum salutem percurando quo nihil deo est charius. viij. q. i. sciendum. Conspiciens etiam multitudinem summularum de casibus scientialibus non bene satisfacere pauperibus professoribus et simplicibus propter plenitudinem aliquarum: et aliarum nimiam breuitatem. multorum fratrum meorum charitativa requisitione impulsus. attendens etiam per diuisiones gratiarum sunt et donorum: et unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. i. ad Cor. xij. c. Deceui hanc summam perpendiosam ordinare dei adiutorio inuocato. secundum illud. l. i. in pñ. C. de ve. in. enu. Quia et Angelicam nominato: in qua mediocritate seruata iuxta illud in sti. de re. diu. §. cum quis. et i. aut. de pñ. §. igitur et post. quicumque ea perlegerit: inueniet quicquid a alijs summulis continetur quod pertinet ad professores. plerumque in summa dicta persanella ac eius supplemento. cuius casus scientiales hic omnes inserui. licet aliqui per alia verba aut alio ordine. Et ultra predicta reperiet in. c. quod incipit. Interrogatores. quicunque pertinent ad professores vel confiteri volentem circa quicunque per totam mortalitatem cognoscenda. diriget etiam ad multa per filia danda. ac ad inueniendum doctores et iuravbi de talibus diffuse tractat. Ita quod hec Angelica summa erit utilis non solum professoribus: verumetiam scholaribus virisque iuris. et alijs quibuscunque secundum deum et rectam ciuilitatem viuere cupientibus. Cuius ordinem in frascripta tabula demonstrabit. Rogo ergo vos lectores ut hanc utilitatem et Angelicam summam ea charitate suscipiatis qua vobis offert. Nec facilius ad hominum operis iudicia preceatis. quam quidem quod diuine summisque vigilijs ac sudoribus digestum est non leuiter vnico perscrutari intuitu. Et quis in ea nihil sit dictum quod non arbitratus fuerim peruenire iusticie et veritati: plerumque in foro scientie: cui satisfaciendum magis celsi quam ad foris pretio sum. propterea non sum secutus aliquam communem opinionem doctorum. plerumque canonistarum et legistarum. quia consuetudinali et theologice veritati non mihi visa fuit peruenire. In iudicio sancte matris ecclesie et cuiuslibet melius sapientis corrigenda submitto. ut sit ad laudem domini nostri iesu christi: et per gloriamissime matris Marie. ac seraphici patris mei francisci in secula seculorum. Amen.

ExPLICIT plogus. **I**ncipit tabula declaratoria ordinis et prelatorum in predicta summa.

Et quia hec Angelica summa principaliter edita est per simplices professores non habet titulum peritiam vniuersalem iuris. ideo hanc tabulam ei prepono quam tria demonstrabit. Primo ordinem libri quicquid distinguit. videlicet per litteras alphabeti. et quilibet littera per capitula diuersa. quodlibet vero capitulum suos habet paragraphos. exceptis quatuor capitulis que statim non subdividuntur per §. sed aliter. Nam capitulum Excoicatio. v. et viij. subdividit per casus. et casus i. §. subdividunt. Item capitulum Matrimonium. iij. distinguit per impedimenta. et quodlibet impedimentum congruos habet. §. Item capitulum Restitutio. i. ubi ponuntur qui sunt ad restitutionem obnoxij. quique cum sint varij et quod plures ut oculus pateat oculis per alphabeti litteras describunt. Et iuxta substantiam materiam littere. §. continetur. Quorum capitulorum principia sunt que subsequuntur.